



Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

13. An etiam illis, inter quos pastor scit, aliunde extra Confeßionem esse
impedimentum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

QVÆSTIO XIII.

An etiam illis, inter quos pastor scit aliunde extra confessionem esse impedimentum?

Quæstionis explicatio.

C^Asus est talis, factæ fuerunt denuntiationes futuri matrimonii inter N. & N. concubinos peste infectos, nullum impedimentum oppositum fuit, scit tamen pastor aliunde impedimentum dirimens subesse: Quæritur, an teneatur hujusmodi matrimonio suam præsentiam exhibere.

Responso.

NON tenetur, (a) quinquo debet, etiam si nullus impedimentum opposuerit, ipse met impedimentum opponere coram Ordinario, sicut quilibet alius teneretur, imo magis, cum ipsi incumbat ex officio impedimenta salutis spiritualis ouium suarum removere, & eius testimonio sufficienter & plene impedimentum probetur.

Dices i. petenti publice matrūm, cuius occultum crimen etiā mortale pastor non nit, non potest negare suam præsentiam, licet ille lethaliter delinquat sic petendo sacramentum: ergo similiter non poterit pastor negare suam præsentiam illi, qui habet occultum impedimentum dirimens, cum tan-

a Maiol. lib.
3. de irregul.
c. 25. n. 13. §.
affinitas,

Li 4 tum

tum agatur de vitâdo peccato lethali quod
admittit sic petendo & contrahendo.

R². Negando conseq. Est enim longe
dispar ratio de aliis peccatis occultis, quæ
non impediunt receptionem matrimonii,
quia ecclesia non habet ius in foro exterio-
ri ad impediendum ob illa matrimonium,
cum non iudicet de occultis, sed solius cor-
rectionis fraternal^e lege, tenetur occulte
petenti negare; quando autem sunt impe-
dimenta iure ipso matrimonium dirimen-
tia, habet ius in utroque foro impediendi,
si unius testimonio probari possit, ut hic po-
nitur: potest n. parochi testimonio probari
impedimentum: Nec perdit illo laborans
ius suum, iure enim impeditur contrahere,
nec parochus negando publice infamat,
quia tenetur prius secreto monere, & si mo-
nitus nolit desistere, sibi imputet.

Dices 2. Laborans occulto impedimen-
to, ut irregularitate, si publice ordines pe-
tit a proprio Episcopo, qñ tenetur eos con-
ferre, non potest repelliri (a) iure Canonico:
*a c. extenor.
de tempore
ordin.* ergo similiter nequit proprius parochus
negare matrimonium publice petenti ob
impedimentum occultum.

R². Argumentum concludere, ordina-
rium qui Iudex est non posse publice dene-
gare matrimonium ob impedimentum sibi
soli

SACR. MATRIM. TEMP. PEST. 505
soli notum, quia cum iudex sit, nequiesce
testis, unde impedimentum nullo modo
probari potest. Secus autem de parocho,
qui cum non sit iudex, potest de impedi-
mento testimonium prohibere.

QVÆSTIO XIV.

An etiam Vagabundis?

Quæstionis explicatio.

VEtat Concilium Tridentinum, ne pa-
stores matrimoniis vagantium inter-
fint, nisi prius diligentem inquisitionem
fecerint, num canonicum subsit impedi-
mentum, & in primis, an priore uxore re-
licta aliam & forte plures illa viuente in di-
uersis locis duxerint. Huius occasione q-
ritur, si vagabundi concubinarii in paro-
chia peste corripiantur, an tenebitur paro-
chus illorum matrimoniis interesse, & so-
lemnitates à Concilio pro huiusmodi ho-
minibus præscriptas, obseruare?

Responso.

Tenebitur interesse, & si tempus per-
mittat dictas solemnitates obseruare.
Prior pars probatur, quia is tenetur vag-
bundorum matrimoniis interesse, qui te-
netur

Li 5